

www.e-rara.ch

**R. P. Fr. Francisci Longi A Coriolano, Ord. Fr. Minor. S. Francisci
Capuccinorum, Romæ SS. Theologiæ olim Prælect. Tractatus, De Casibus
Reservatis Iuxta Regulam Decreti A Foelic. Record. Clemen Papæ ...**

Longo, Francesco

Coloniæ, Anno salutis M. DC. XIX

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRs 486

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-56532>

Septimus casus. Falsificatio manus, aut sigilli officialium monasterii, aut conventus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

peccat mortaliter, incidit in casum referuatum, & in irregularitatem incurrit.

tomo qq. regular. quest. 33. artic. 4.

Constitutio Sixti Quinti.

9. SEXTO, & ultimo aduertendum est circa hanc materiam, quod Sixtus Quintus Roma, anno 1588. quarto Calendas Decembr. Pontificatus sui anno quarto edidit quandam constitutionem, in qua definiuit *Aduersus quasunque personas saculares, ecclesiasticas, & quorumcunque ordinum Regulares, qui venenosis medicamentis, potionibus, vel aliis modis, abortus maturi, siue immaturi, an mati, siue inanimati fœtus electionem procurauerint: vel venena, aut potiones, ne mulieres concipiant, propinauerint, vel consilium præstiterint, deponendi, & degradandi sunt à iudiciis ecclesiasticis, ac curia seculari postea tradendi, ut capitalem poenam patiantur, & ipso facto excommunicauit, referuando absolutionem sedi Apostolica.*

Gregorii 14. moderatio.

10. Circa quam constitutionem est notandum, quod Gregorius Quartus decimus anno 1591. pridie Calendas Iulij Pontificatus sui anno primo, constitutionem prædictam in hunc modum moderauit, ut dicta excommunicatio sibi, & successoribus referuata, quilibet confessor ab ordinario approbatus, & ad hoc deputatus, possit ab ea in foro conscientie tantum absolvere. Prælati vero Regulares per eorum Priuilegia, etiam in foro exteriori possunt suos Religiosos de hoc crimine conuictos absolvere. Vide Rodriguez in 2.

Nota.

Rodriguez

SEPTIMVS CASVS.

Falsificatio manus, aut sigilli officialium Monasterii, aut conuentus.

1. PRO declaratione huius casus, sciendum, quod nomine officialium Monasterii, seu conuentus multi, & diuersi veniunt, iuxta varietatem Religionum: nam apud Monachos sunt Abbas, Prior, Cellerarius, Procurator, & huiusmodi: apud Moniales sunt Abbatisa, Priorissa, Vicaria &c. apud Regulares Mendicantes sunt Generalis, Procurator Generalis, Prouincialis, Guardianus, Vicarius loci in absentia Guardiani: Prior, sub prior, Corrector, & huiusmodi. Quando ergo quis falsificat manum, aliquorum prædictorum, aut falsificat sigillum alicuius eorum ad malum finem, peccat, & incidit in casum. Et quamuis iuxta Syluestrum, verbo *falsitas*. ad falsitatem tria requirantur, sc. ut sit veritatis mutatio, & ut fiat cum dolo, h. e. scienter, cum animo inferendi damnum, & quod realiter illud subsequatur: Nihilominus, ad incurrendum hunc casum, sufficit mutatio veritatis, & dolus, licet non sequatur damnum: & ratio est, quia per falsificationem manus, vel sigilli, iam est opus consummatum, sic Pater Græfius hic.

Officialium nomine qui veniāt.

Syluest.

Pro hoc casu incurritur, do quæ sufficiant.

2. Nihilominus, si nullum sequatur damnum, nempe, quia noluit uti falsa scriptura, seu sigillo, sed combussit, vel lacerauit non video, quomodo incidat in casum reſeruatum, quando nec peccat mortaliter: si non malo animo facit: nam ex notatis per *Dominum Antonium de Butr. in capit. penult. num. 3. de crimine falsi*: sola falsificatio litterarum sine usu, non obligat quemquam ad pœnam falsi, & falsificatio scripturę quam non probat, neque inducit pœnam falsi, ergo neque incidit in casum reſeruatum. Et confirmatur per id quod habet idem *Pater Graffius in explicatione vndecimi casus de apertione litterarum superioris*, ubi dicit, quod qui aperit, & non legit, non incidit in casu, quia non utitur illa apertura ad finem, ob quem facta est: ergo & hic pariter idem dicendum videtur, nempe quod si quis non utitur falsa scriptura, seu sigillo, non incidit in casum reſeruatum.

3. Si quis obiiciat, quod nos in eodem vndecimo casu asserimus oppositum contra P. Graffium, & contra *Diuum Stephanum Quaranta* circa prædictam apertionem litterarum?

Respon. quod verum est, sed diuersa est ratio huius, & illius casus: nam si quis falsificat manum, vel sigillum superioris, & eo non utitur, nulli nocet talis falsificatio: at si literas superioris inferior aperit, licet ipse non le-

gat: occasionem tamen cæteris præbet eas legendi, dum eas sic apertas cernit.

4. Dubitatur hic, An si quis utatur literis ab alio falsificatis, & pariter sigillo ab alio falsificato, incurrat in hunc casum?

Respon. cum distinctione, nam vel talis scit, hanc falsitatem ab aliis esse factam, & nihilominus ea utitur, vel non scit: si non scit, ad nihil tenetur. Si vero scit, & ea utitur, dico quod incurrit in hunc casum, & meretur pœnas illas, quas incurrunt omnes tales falsarii.

Dubium.

Resp.

OCTAVVS CASVS

Furtum de rebus Monasterii, aut conuentus, in ea quantitate, qua sit peccatum mortale.

DE hac materia furti, vide *D. Thom. in 2. 2. quæst. 66. & ibi Catianum, Bannes, & cæteros sectatores. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 10. Alex. de Ales. 4. part. quæst. 24. memb. 5. ar. 3. Riccardus in 4. distincti. 15. quæst. 7. art. 1. Palud. dist. 14. q. 2. ar. 2. Gabriel. dist. 15. q. 3. Soto. de iust. & iure lib. 5. q. 3. ar. 1. Nauar. in Man. cap. 17. nu. 112. Ang. verbo furtum. Syluester. ibidem. Adrian. quodlib. 6. artic. 1. Alph. à Castro. libr. 2. de potestate legis pœnalis. cap. 10. Covarruuias. variarum resolut. Michael Salon. 2. 2. quæst. 66. arti. 5. Petr. Nauar. libro tertio de restitution. capite primo, Toletus lib. 5. cap. 15.*

Corduba

Anton.
de Butr.

Graffius.

Obiectio.

Resp.